

1.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.





1757.

1. Bontz, Johann Jacobus: De casu fortuito
2. Puckelsenstein, Johann Adamus: De acquisitione et distributione fructuum a bona et mala fidei possessore. Analysis t. 22. P. 1. rei vindicatione
3. Coeporus, Johann: De creditorum in concursu praesentia
4. Daniel, Georgius von: Theses inang. jus temporis quadragesimalis delibantes ad l. b. l. de feriis et accommodatae.
5. Faber, Julius Sebastianus: De societate
6. Halbritter, Johann Georgius: De majoratu vulgo Majorats. Quetern
7. Lentz, Johann Casparus: De audientia episcopali.
8. Pancus, Georgius Huricus: De damno contra l. Aquilianam dato.
9. Pancus, Georgius Huricus: De delicto damni et l. Aquilia ejusdem indice.

1651.

9. Reichmannus, Gualterus: De repetitione dotis 5.
10. Schallerus, Jacobus: Civi Democratus. 6.
11. Schone, Arnoldus: De substatione 7.
12. Schone, Hermannus: De induciis moratorio 8.
13. Tabor, Joh. Otto: De sententia Nov. CLX Capitulis I  
et II echevag. de cont. et vendit. . . .
- 13<sup>2</sup>. Tabor, Joh. Otto: De continuanda annuorum reditu 9.  
tuum presentatione 10.
14. Beiglerus, Johann: Callationis juris Romani  
et Hungarici T. d. REG. T. d. 11.

1652

1. Berneggerus, Julius: De monopolio 12.
2. Braun, David: De iudicio sortis per indicem. 13.
3. Bullerus, Henricus Tractatus: De contumacia
4. Cramer, Johannes: De adulterio, stupro, incesto,  
et lenocinio ad l. Titius 14.



1652.

5. Klenzel, Christianus : De instrumentarum editione
6. Meinders, Franciscus : De cessione actionum
7. Szelleczy, Jacobus : De cessione bonorum
8. Tabor, Johann Otto, fac. jur. decanus : Programma, quo ad solennia doctoralia Vari'ris Thommanni et Henrici Trachsmi Bullaci invitat.
9. Tabor, Joh. Otto : De investitura feudali.
10. Tabor, Joh. Otto : De termino antichrescos locatae, et ejus, quod interest.
11. Tabor, Joh. Otto : De patricia potestate.
12. Tabor, Joh. Otto : De non usu vel abrogatione juris Justinianei.
13. Tabor, Joh. Otto : De censuum mixtorum, et antichrescos perpetuatione.
14. Tabor, Joh. Otto : De jure emphyteutico.

1652

15. Titul., 2<sup>da</sup>. Vlo: De usuris pupillaribus, reo-  
dicalee, pacto satensivo promissis, nautices  
et cambialibus.



*[Faint handwritten text on the left edge of the page]*







203.7  
CASV FORTVITO  
DISPUTATIO INAUGURALIS

RYAN  
Sub unico SS. Trinitatis praefidio,

*Ex Decreto & Auctoritate*

NOBILISSIMI ET AMPLIS-  
SINI ICTORUM ORDINIS, IN CHE-  
BERRIMA ARGENTORATENSIUM  
UNIVERSITATE,

*Pro Infirmitate, Privilegiis, & Immunitatibus  
Doctoribus in Viris, iure obtinendis,*

Puella ac solenni Censura submittit

JOHANNES JACOBUS BENTZ

*Argentoratensis,*


*Die 23 Julii, 1711.*



ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS-PETRI ab HEYDEN.

1711. 10c. LL.





2.  
Dissertatio Juridica

DE

30  
v. 14. D. 15. V. 4. D. 22.

6.

DELICTO DAMNI  
ET L. AQUILIA

ejusdem vindice

conscripta

à

GEORGIO HENRICO PANCUG,

Wimpinensi



ARGENTORATI

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI,  
Et JOSIAE STADELII,

M. DC. LI.



VIRIS  
NOBILISSIMIS, AMPLITUDI-  
NE, REVERENDA DIGNITATE, CONSILII  
atque Prudentia eminentissimis

Dn. AUGUSTO FRIDERICO Heuchelin/ J. U.  
L. Reipubl. Heilbronnenſis Syndico graviffimo.

Dn. JOHAN. GEORGIO Heuchelin/ Paſtori apud  
Poſonienſes vigilantiffimo.

Dn. PHILIPPO DAVIDI Heuchelin/ Generoſiffimi  
Baronis ab Herberſtein Secretario meritiffimo.

Dn. CASPARO Heuchelin/ J. U. L. Libera Regiæq;  
Poſonienſis civitatis Syndico digniffimo

Dnn. Ayunculis atque Cognatis ſubmiſſa devotionis & filialia  
obſervantia cultu. ac atem venerandis

S. P. P.



*N*ſignia veſtra in me merita, Ob-  
ſervandiſſimi Viri, præſente pagellâ præcone  
in vulgi conſpectum produco; vereor quidem,  
ne vobis invidis. Quos enim ſolius virtutis  
amore promptiſſima ſua liberalitatis exerci-  
tia hætenus continuafſe perſpexi, eos non ſine faſtidio in vul-  
gus diſſuſa elogiorum ſua virtuti debitorum blandimenta an-  
ribus percepturos, jure præſumo.

Veruntamen, ne fortè prolixior ampliorum ad redhoſti-  
menta tantis beneficiis congruentia requiſitarum virium ex-  
pectatio oblivionem argueret, malui verecundas veſtras au-  
res,



res, publico omnium suffragio, gratis onerare laudibus, quam  
memeripsum indignis detestanda ingratiitudinis suspitioni-  
bus involvere. Quamobrem, sicut pleniorum studiorum  
maturitatem publicè probatam daturus, Justinianea pro-  
pugnando revereor: Ita gratum ostensurus animum ea  
Justiniani verba, quæ inserta sunt constitutioni legis 7. ibi:  
Quis enim talis adfectus extraneus inveniatur, ut vin-  
cat paternum. Cod. de curat. furios. vel prodig. tanquam lau-  
dibus vestris inimica, impresentiarum audacter repudio.  
Nec sanè injurià; siquidem satis absurdum foret, si prom-  
ptius assentiret ei, quem ars æqui bonique commendat,  
quam ipsis jurium præceptis, attributionem ejus, quod uni-  
cuique debetur, ex nature legis dictamine flagitantibus.  
At, quid, Mecanates Optimi, æquiore Vobis debetur ju-  
re, quam laus piissimè superati adfectus paterni? quippe,  
qui cumulatißima beneficia tantà in me contulistis prompti-  
tudine, ut meritò hætenus dubitarim, an non supremi  
numinis potius amulemini bonitatem, quàm genitoris. Et  
sanè, quis non paterni adfectus Vos proclamabit Victores,  
qui noverit, adeò assiduam Vos mei gessisse curam, ut, be-  
neficiis ad abusum usque in me collatis, optimi parentis obi-  
tum (quem adhucdum pueriles lugebant oculi) non tam  
senferim, quam sciverim: imò, qui cogitaverit, extra-  
neorum merita tantò sublimiore, quàm paterna, loco con-  
stituenda esse, quando plus illa continent pietatis, minùs  
debiti. Sed cesso elogia, beneficentiam Vestram depradi-  
cantia, latius diffundere, cum publicus famæ calculus jam  
dudum ea comprobavit. Neque alius, quos forè non le-  
vior premit Vestrorum meritorum moles, præconii potius,  
quàm adfectu, superare contendam. Quapropter, cum  
præsentem ingenii fetum, post exploratam ejusdem maturi-  
tatem, cum summis Doctoratus privilegiis atque honori-  
bus autoritate publicà commutandum, Vestris hucusque  
nutri-



nutriverim subfiditis, pratermittere sine piaculo haud potui, quin eundem, spretis aliorum amplexibus, ad pedes Vestros submisit deponerem, hocque publicitus oblato gratissima mentis thure, ad quemvis reverentia & obsequii cultum palam me obstringerem. Admittite ergo, incomparabiles Patroni, exile hoc immensi adfectus specimen, meque è sinu vestro haud prius dimittite, quam à vobismetipsis dimiseritis hereditarium pietatis atque virtutis amorem.

DEUM immortalem ardentissimis animi suspiriis supplicem oro, ut beneficia Vestra, quibus demerendis longè imparem me esse profiteor, largissimam suam benedictione clementer compenset, vosq; publico cum primis bono natos, quam diutissimè superstites conservet Ecclesiae, Reipublicae,

Vestro denique

deditissimo clienti

Georgio Henrico Pancug.



Ut data damna queant pelli medicamine iusto,

Qua queat illaesum quisque tenere suum,

Materiam pro summis sumis honoribus aptam.

Juris pansophiam panonomiamq; capit.

Id, Pancuge, tuæ mentis vis ampla parabat.

Pellat damna Deus! det decora ampla Deus!

scr. amoris mnefosynon

Joh. Georg. Dorfscheus D.

PRÆ-



## PRÆLOQUIUM.

**P**rostequam, Benevole Lector, impetratâ à Nobilissimo atque Amplissimo in clytâ hujus Universitatis ICTORUM ordine, pro adipiscendis in in utroque jure summis honoribus, publicè disferendi licentiâ, de selectiore quodam themate pertractando mihi cogitandum esset, deprehendi, nominum, quibus tot nobilissima juris capita in Scholis nostris inclaruere, tantam esse varietatem, tantamque eminentiam, ut, explosâ judicii curiosâ scrupulositate, eam juris partem interpretari satius sit, quam vel propensiora animi vota elegerint, vel fidelia venerandi Præceptoris consilia suggesterint. Quocirca, pristinæ mentis sententiæ satisfactorus, de utilissimâ Retractus conventionalis materiâ scribere constitui, imò & cœpi. Monitus autem, huic operi jam ante biennium, in dissertatione quâdam, scripta ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. compos. doctam fuisse adnotam manum, tantò promptiùs calamum retraxi, quantò magis mihi verèdum erat, ne eadem tusâ incude conaminis pertinaciam rideat, si non ipsâ d. disputationis *an. p. l. c. d.*, saltem laborum similitudo. Quas itaque delicias, Benevole Lector, inopinata mihi hoc modo subtraxere fata, eas cum observanti suffragatione meâ, mentisque applausu, consilio suo restituit, Viri Nobilissimus atque Consultissimus Dn. D. Tabor, Patronus, Promotor & Præceptor meus, religiosè venerandus, qui in æstimatissimæ recommendationis suæ consortium me admittens, benevolè suasit, ut, dignum tantis honoribus specimen Tibi exhibiturus, præsentî themate accurtiori doctrinâ exposito, alieni laboris defectum industriâ meâ supplerem. Et sanè his Tanti Viri monitis morem exactiùs gessissem, nisi cursum fervidâ cum diligentâ cœptorum sufflaminassent, & vehementior



tior morbus, & literarum, ad patrios lares me revocantium, instantissima preces. Accipe ergo, Benevole Lector, has precipitato studio conscriptas theses, & interea, donec laborem susceptum, divini numinis adiutus gratia ab imperfectione redemero, analytici speciminis fructum, forte non contemnendum, æquâ mente explora. Vale.

THESIS I.

*Ratio connexionis. ob quam hic tit. in D. Et C. Gr. dicationibus subnectitur.*

Antequam ad tractationem ipsius tituli digrediar, operæ pretium erit, pauca quædam de ratione, quæ juris conditores, ad diversam eidem, tum in Digestis ac Codice, tum etiam Institutionis, sedem constituendam, movisse videtur, præmonere: quippe cum animadvertere liceat, alios inconsideratâ facilitate Cuiaciano hortamini, de materiæ serie haud ubivis superstitiosè exquirendâ, obtemperantes, coherætionis declarationem omninò præmittere, alios v. qualicumque nexu figmento contentos, rem acu nequaquam attingere. Et sanè vix est, ut hisce posterioribus non accenseam Colleg. Argent. Wesemb. Treutl. alios, qui in præfatione ad tit. l. lib. 9. ff. ejusdem cum superioribus connexionem flagrantibus, nil nisi extrinsecam realium actionum cum personarum istis affinitatem ostendunt: quin enim ratio eorum, qui titulum nostrum in classem eam, ubi privata explicantur delicta, (perinde atque in Institutionibus) conyiciendum fuisse existimant, hæc ipsâ validior sit, extra dubitationis aleam, me judice, positum est.

2. Malo itaque, methodum Tribonianam hoc loco defensusur, sententiæ Amplissimi Domini D. Taboris subscribere, qui defuit. *criminal. Racem. 2. §. 2.* sedem hujus materiæ ea ratione tuetur, quod sel. juris conditores, ad ordinem edicti perpetui, à Iuliano digesti (vide *constitut. de concept. Digest. l. 1. §. 5. C. de VI.*) monstrare voluerint, non tantum, ut rerum nostrarum dominium vindicare, sed etiam, quomodo earum integritatem à damno dato allere possimus. Confer ejusdem Consultissimi Viri *generalem PP. ichnographiam, ut Et dichotomicam illarum partitionem tab. 2.*

3. Hæc *adnexas* ratione præmissâ, ipsius thematissimæ explanationem ordior, tractaturus congruâ methodo, tum de ipso damni delicto, tum etiam de actionibus ad illud vindicandum comparatis.

4. Dam-



4. Damnum à demendo sive diminuendo derivari, satis manifestè docemur in l. 3. ff. de damno infect. Ubi JC. Paulus ait. damnum ab ademptione sive deminutione patrimonii dictum esse. Quae verba (exemplo pr. l. de rest. 101 d.) rei non minus, quam nominis definitionem continere videntur; quippe cum diminutionis ademptionisve vocula, præterquã quod nominis originem monstrat, ipsius generis: adjectum v. patrimonii vocabulum specificas differentias, significatum damni proprium ab improprio secernentis, vicem obtineat.

*Definitio  
Vocis dam-  
ni nomina-  
li etymolo-  
gica.*

5. Sumitur autem vox damni à JCtis non uno eodemque sensu, sed nonnunquam valdè diversis, nempe aut *Proprie*, aut *improprie* & abusive. Hoc modo quandoque ponitur ad designandam damni aestimationem, ut in l. 13. §. 2. ibi. & ait Celsus. legem domino damna salva esse voluisse. & l. 33. f. pr. ibi. in lege enim aquilia damnum consequimur ff. h. t. vel etiam qualemcumque læsionem, v. c. voluntatis. l. 23. §. 2. ibi. citra damnum voluntatis. ff. de fideicom. libert. Illo modo, si sc. in sensu ponatur proprio, diversos admittit significatorum gradus. Sumitur enim 1. Latissimè, pro qualicumque patrimonii diminutione, aded ut non minus damnum legitimam, ceu pœnam ex lege imminuentem l. 9. §. 2. in fin. de minor. l. si pro sure damnum decisum sit. 7. ff. de condit. furt. l. 6. §. 5. ff. de furt. quàm illegitima damna ambitu suo complectatur.

*Homonym.  
mick.*

6. Ex his in supremam hanc classem conjicio. 1. Lucrum amissum, per textum in l. 2. §. damnum. ne quid in loc. publ. vid. Gwd. in comm. ad l. si ff. de V. s. ubi latissimè hunc damni significatū probaturus plures textus cumulat. 2. Impendia l. 7. pr. ff. h. t. & quidè in specie litis impensas, vulgò die Gerichtsosten. Cui tamen posteriori asserto haud obloquitur §. 1. vers. hæc a. in fin. Inst. de pen. rem. litig. c. ult. in f. ext. de resc. c. dilecti. 17. ext. de for. comper. c. penult. ext. de injur. qui textus damnum à litis impensâ manifestè distinguunt. Quantumvis enim in confesso sit, hæc inter se quadantenus differre, damnumque expensarum nomine regulariter (vid. Berlich. part. 1. conc. 54. n. 96. & seqq.) non contineri; certū tamen est è diverso damni, velut generaliori nomine, ipsas venire expensas; imò has solas quandoque designare, uti constat ex l. 3. §. 2. in fin. C. de summ. Trini. l. sancimus. 25. C. de adminstrator. vid. Vmm. disp. de process. 22. §. 15. cum ibi allegat. Treutl. 1. disp. 18. §. 1. lit. B.

7. 2. Latè, quatenus nempe denotat imminutionem patrimonii.



trimonii, non tantum per rei nostræ corruptionem, sed & amotionem, furto vel rapinâ factam; ut notant Dd. per textum in *l. 27. §. si olivam. 25. ff. h. r.* vid. Gothof. in not. ad *d. l. 3. de damn. infect.* Treutl. *d. loc.* Quo pertinet illud Horatii *l. epist. 16. ad Q. Theticum:*

*Nam de mille saba modius, cum surripis unum,  
Damnum est: non facinus mihi pacto lenius esto.*

allegatum ab Ampl. Dn. D. Taboro *Rac. 2. §. 39.*

8. 3. *Stridè*, pro solâ rei deterioratione, ita tamen, ut etiam pauperiem sub se comprehendat. juxta *l. 1. §. ait prator. 3. ff. si quadr. paup. feciss. dic.* 4. *Strictissimè*, pro deterioratione culposâ h. e. cum injuriâ facientis conjunctâ: Quæ significatio hujus quidè loci propria, accuratiùs tamen ab æquivocatione purganda est.

9. Etenim vocabulum damni in titulo nostro nō tantum ipsum damnificationis actum, sed & quandoq; delictum, tanquam privatorum delictorum distinctam speciem designat: quemadmodum hanc differentiam in simili declarat JC. Vlpianus in *l. 1. ff. si quadr. paup. fec. dic.* ubi hæc duo in nostro titulo nudo intellectu distinguenda, verbis à se in vicem fecerunt; ita, ut damnum à quadrupede datum, pauperiem sive noxam, ipsum v. delictum (*l. 27. §. 1. ff. de V. S.*) noxiam appellet. *d. l. 1. §. 1, 3, 9. l. pen. & ult. eod.*

Synonymi-  
ca.

10. Synonymorum perplura in jure occurrunt quorū alia generaliter, alia v. specialiter eundem cum damni voce significatio- nem habent. Etenim damnum latè sumptum quandoq; nominatur (1.) detrimentum. *l. 21. §. ult. de negot. gest. l. 14. ff. de cond. indeb. l. 40. §. 1. ibi: detrimentū hoc quod beneficio* (h. e. maleficio, uti notavit Amplifl. Dn. D. Tab d. *Racem. 2. §. 7.*) *ejus contigit. & c. de damn. infect. l. 206. ff. de reg. jur. c. mutare. c. delictum. eod. in 6.* (2.) incommodum. *l. 10. ff. d. r. (3.) deminutio. d. l. 3. de dam. inf. (4.) onas. L. un. §. 4. C. de caduc. toll. c. qui sentit. de reg. jur. in 6. (5.) Periculum. *l. 1. l. 4. & rot. cit. ff. de peric. & com. rei vend. l. 4. pr. naut. caup. stabul. (6.) Dispendium. c. cum contingat. ex. de jure jur. (7.) Jactura. l. plane. vers. sed benignius ff. de pedit. hered. c. locupletari de reg. jur. in 6.* Et denique (8.) Injuria, *d. l. 2. §. 10. ne quid in loc. publ. l. 75. ff. de reg. jur.* quod vocabulum restrictiùs damnum denotat, ut patet ex *l. 37. pr. ff. h. t. ubi Javolenus injuriâ dare ait, pro inferre damnum Aquiliâ vindicandum.**

Parony-  
mica.

11. Inter paronyma refero vocabulum damnosum, quod, ut alibi passim, ita cum primis in notissimo illo Gaii textu *l. 7. ff. restam. quem aper. locoq; parallelo l. 61. §. 5 ff. de furt.* occurrit.



12. Hæc ad nomen notasse sufficiat. Rem ipsam varii variè pro diversâ considerandi ratione definiunt. Quemadmodum enim ex supra dictis facili negotio colligitur, damnnum duobus præcipuè modis intueri possumus; vel absolute & in se, vel cum adjectâ delicti qualitate. Illo modo considerari solet vel ut factum, vel ut infectum, vel utroq; modo simul. Ut factum definitur à Gædeo, *Definitio- nes reales generales.* incommodum quod alicujus facto vel injuriâ, aut injuriâ nostrâ sentimus. *in comm. ad l. 71. n. 4.* Ut infectum J. C. Gajus definit, damnnum nondum factum, quod futurum veremur. *l. 2. ff. de damn. inf.* Utroque modo simul consideratum describi potest detrimentum quod alter per alterum (adde vel semetipsum. *arg. l. quod si possessor. ff. de petit. hered. l. quod quis. 203. ff. de R. l. c. damnum. eod. in 6.*) sentit aut sentire potest Treutl. *l. disp. 18. §. 1.*

13. Quod si autem damno delicti qualitatem adjungamus, constabit ex antea dictis, id ipsum & hæc ratione duplicem ex jure nostro definitionem admittere, generalem nempe & specialem. In genere sic definitio, quod scilicet sit delictum privatum, quo quis dolo vel injuriâ, alterius patrimonium vel interceptione vel corruptione minuit.

14. In specie damni delictum expositurus, amplector doctrinam Viri Spectabilis, Excellentissimi atq; Consultissimi Dn. D. Biccii, Fautoris, & Præceptoris mei devoto mentis studio atatem colendi, qui *rer. quotid. sect. 4. §. 151.* illud hoc modo definit: quod scilicet sit delictum privatum, quo res aliena, sive animata, sive inanimata per injuriam corrumpitur, aut perimitur, quod ex duobus, quæ supersunt, L. Aquiliae capitibus vindicatur. *Specialis*

15. His ita expositis, iusto ordine ad divisionem progredior. Tametsi autem notum sit, damnnum latè sumptum, secundum varia causarum genera, diversimodas admittere sectiones: nolui tamen singulas huc referre, veritus ne fortè necessum sit, Logicorum audire reprehensionem, iis procul dubio imminentem, qui vocabula sub anatomia revocantur, ampliores, quam dividenda habent, ostendendo partes, monstrosam quodammodo operam exhibent.

16. Cum itaq; mihi propositum sit, de damno Aquiliae lege vindicando, hoc loco disserere; relictis generalioribus aliorum divisionibus, tres tantum modò, huic themati congruentes, assumam; Quarum prima damnnum dividit in dolo vel culpâ admissum, quæ distinctio præcipuè fundatur in *l. 3. & §. 14. l. h. r.* Altera, in id, quod



infertur, aut rei corruptione ac mutatione, aut applicatione ejus; cuius molestia sit separatio, ut inquit JC. in d. l. 27. §. 14. b. Tertia in id, quod corpori infertur, aut corpore, aut non corpore. §. ult. Inst. eod.

De causâ  
efficiente  
damni in-  
juria re-  
motâ

17. Nunc explicandæ erunt causæ, & quidem primò efficiens, quam constituo duplicem, remotam & Propinquam. Remotam quæro in ipsâ lege; eaq; tum Naturali, tum civili.

18. Naturæ legē quædam in vitio reposuisse, & ratio dicitur, & JC. docet in l. 42. ff. de V. s. ibi: *probra quædam naturâ turpia sunt, quædam civiliter, & quasi more civitatis; ut puta, ut furtum, adulterium, naturâ turpe est. &c.* quibus haud immeritò quoque damnum injuriâ datum annumerari argumento esse possunt l. 14. ff. de cond. indeb. l. 206. ff. de reg. jur.

19. Veruntamen, sicut ad efficientiam contractus, nedum juris gentium introductio, sed & civilis approbatio requiritur: Ita etiam in constitutione civilis delicti, præter naturæ legis reprobationem, legum quoq; civilium determinatione opus est confer de his optimè differentem Amplif. Dn. D. Tab. *Racem. i. 9. 18.*

Propinquâ.

20. Causam propinquam ipsum hominem, per injuriam alteri damnum inferentem, nomino, per ea quæ traduntur d. *Racem. i. 9. 19.* Cum enim jam supra dictum sit, damnum injuria, perinde ac alia qualibet delicta, duobus modis considerari, tum ut factum, tum ut delictum; facile quis perspexerit, duplicē quoq; efficientem causam esse assignandâ, quarum una tribuatur homini, altera legi. Quorsum fortassis haud ineptè refertur illud Pauli dictum in *epist. ad Rom. 7. v. 7.* Quid ergo dicemus; inquit, Lex peccatum est; Absit: sed peccatum non cognovi, nisi per legem. Nam & concupiscentiam non novissem, nisi Lex dixisset, Non concupisces.

Causa im-  
pellentes.

21. Ad delictum hoc perpetrandum impellunt varia, veluti: Vindicta cupiditas l. 45. §. 4. l. 52. §. 1. b. Sævitia l. 5. §. final. b. Lascivia sive petulantia l. 9. §. final. l. 11. §. 5. & passim. b. Commiseratio. §. ult. in fin. Inst. eod. Temeritas, ex quâ profluit actus vel ob imperitiam, l. 7. §. fin. l. 3. pr. b. §. 7. & seq. l. eod. vel infirmitatem d. l. 7. §. 2. d. l. 8. §. 1. d. §. 3. vers. sed & si. l. eod. damnosi. Desidia atque incuria, *cujus exempla h. r. passim sunt obvia.*

Subiectum  
agens seu  
delinquens.

22. Pergo ad explicationem materiæ, quæ vel est Subjectiva, vel Objectiva. Subjectivam expositurus, eam considerabo vel ut agentem, vel ut patientem. Subjectum agens satis manifestè ostendit JC. in l. 5. §. 2. quod sc. sit omnis homo in injuriæ capax; nullo discrimi-



discrimine admissio vel sexus l. 9. ff. h. r. aut status, l. servi. 14. de O. & A. l. 48. h. r. conditionisve qualiscunque. Hinc à damno in re conjugis dato haud divellit injuriam conjugale fecdus, ut patet ex l. 27. §. 30. & l. penult. h. neque etiam magistratus excipitur, quin si injurià damnum dederit, culpæ reus fiat. l. 29. §. 7. b. rexr. norab. l. 32. ff. de iniur. Sed de his uberius differendi commodior inferius dabitur occasio, ubi sc. de reo instituenda erit tractatio.

23. Subjectum patiens distinguo in mediatum, & immediatum sive objectum propriè dictum. Sanè, licet non negatum eam, dari casum ubi hæc duo inter se confunduntur, veluti cum liber homo sui juris existens vulneratur l. 13. pr. ff. h. r. regulariter tamen diversa sunt: quippe cum nunquam objecto, quâ tali, actio, velut æstimatoria damni ejusque quod interest, competat, sed subiecto patienti, ad quod damnum dimanat. Uti hoc docere potest exemplum servi vulnerati, *da zwar der Knecht den Schaden / der Herr aber den Verlust leydet.*

Subjectum  
patiens, cui  
damnum  
injuriam da-  
tur.

24. Subjectum itaque patiens est ipse rei læsæ dominus. l. 11. §. 6. l. 43. b. vel is qui jus in re habet, ita tamen ut ipsius interfit. Huc refer, plenioris intellectus ergò, eam tabulæ annexæ partem, ubi actoris personam spectavi.

25. Quod objectum attinet, potest illud considerari tum absolute & in se, tum relatè. Absolute, respectu scil. habitò ad rei læsæ qualitatem, eamque vel naturalem, quatenus nempe res est vel animata vel inanimata, hæc vel mobilis vel immobilis. Sive civilem, dum res vel divini, vel humani juris læditur. Illæ, juxta pr. & §§. seqq. Inst. de R. D. l. 1. pr. ff. eod. sunt vel sacre, sanctæ, religiosæ. Hæc vel publicæ vel privatæ; quarum illæ rursus sub dividendæ in publicas in genere (v. Excellentiss. Dn. D. Biccium rer. quotid. sect. 2. tit. lit. A.) publicas in specie, & res universitatis, &c. Quæ omnia ac singula rerum genera adæquatam hujus delicti objectum constituunt.

Objectum.

26. Veruntamen hoc cum grano salis accipiendum erit, adhibita scil. distinctione, inter damnum dolo vel culpâ datum. Etenim asserunt in rebus quidem quæ privati juris sunt, in distinctè procedere existimo, non v. in rebus, quæ divini vel publici juris sunt. In his enim quando damnum dolo datum fuerit, facinus plerumque in aliud nomen delicti transit, vel saltem genus actionis mutat, diversosque generat effectus.

27. Rela-



27. Relatè, cum respectu scil. domini res consideratae sunt vel Propriae, vel alienae. Et has quidem adaequatam huic delicto materiam objectivam exhibere, vulgatissimum axioma *l. in re mandata. C. mand. evincit;* ubi Imp. Constantinus ait, quod aliena quidem negotia exacto officio geri debeant, quisque verò rei suae moderator sit & arbiter.

28. Ceterum sicut haec circa res proprias disponendi libertas, per jus alteri eam in re quaesitum, nonnunquam restringitur: Ita quoque contingere potest, ut etiam propriae res damni iniuriae obiectum fiant, perinde ac furti. *l. 10. §. ult. C. l. seq. ff. de furt.* veluti si debitor in re pignori a se data damnum per iniuriam dederit. *l. si dominus. 17. pr. C. l. seq. h. l. seruum. 27. ff. de pign. C. hypoth. aut proprietarius in re, in qua alius usumfructum habet litem delata. 11. §. fin. l. seq. fi. h. l. 7. §. 4. l. 18. §. 2. ff. de dolo. l. 17. §. fin. ff. de usufr. vel possessionem iusto titulo nactus est. d. l. 17. pr. h.* Totiens ergo illud contingit, quotiens alterius interest rem manere salvam atque incorruptam.

29. Vbi tamen notanda venit distinctio, quam Amplif. Dn. D. Tabor in *Rocem. ad tit. de furt.* passim inculcat, nempe, inter interestè mediatarum & immediatarum haec in parte elusoria reddere, saltem obiectu *§. final. 1. de his qui sui vel al. C. c.* ubi dicitur, quod Republicae interest, ne quis re sua male utatur. Non enim hic spectamus, utrum damnū in re propria datum eventualiter & confectivè alteri noceat, sed an immediatè propter ius in re quaesitum, quod hoc pacto laeditur, uti exempla superius posita manifestè docent. *conf. l. penult. ff. ad exhib.*

Forma.

30. Iam transeundum erit ad expositionem formae quam consistere dicam in peremptione ceu corruptione iniuriosà. Quae duo propterea coniungi, quòd in praesenti iuris capite nec iniuriam sine damno, nec damnum sine iniuria dedisse sufficiat. Non illud, quia eo casu alia delicti species existit, quae *ὄργω* Graeci appellant *pr. Inst. de injur. l. 1. pr. ff. eod.* Non hoc, quia facinus in crimen haud incidit. *l. 3. in fin. C. passim. h. r.* cessante iniuria, h. e. culpa tum imprudentiae, tum malitiae. *§. 3. Inst. eod. l. 5. §. 1. in fin. h.* quemadmodum schematicus, ad calcem harum thesium subnexus, plenius docebit, eam parte, ubi adminicula rei, tum vera, tum apparentia, ostendi.

Finis.

31. Causam finalem huius delicti expositurus, praemitto distinctionem damni dati vel cum, vel sine nocendi proposito. Illa huius delicti species finem habet, haec destituitur. Etenim quando damnum alteri per iniuriam ex proposito infertur, actus iste culpabilis originem trahit ex scientia vel recta, vel erronea, vel dubia. Illo casu, verum existit delictum, his v. casibus quasi delictum. Vtriusque finalis causa, in genere, est laesio seu damnum. In specie v. iucunda forte executio vindictae *l. 5. f. pr. l. 51. §. 1. b. petulantiae. l. 9. §. final. l. 11. §. 5. eod. C. c.* Ceterum quando alteri laedimus citra propositum, (quod non tantum fit in casibus fortuitis, sed & improvisis, exemp. *l. 31. h.*) causa finalis actus, quòd illiciti, dari nulla potest, quia voluntate delinquendi cessante, finis quoque delicti cessat.

Affinia.

32. Affinia huic delicto sunt, furtum. *l. 27. §. 25. C. seq. h.* Iniuria, *d. l. 1. pr. ff. de injur. pr. Inst. eod.* Noxia. *l. 1. §. 1. sup. li. quadrup. pamp. fec. dic. C. c.* damnum, quod nec corpore nec corpori fuit datum. *§. fin. Inst. h.*

Effectus.

33. Effectum huius delicti subnexa tabula prolixius explicabit.



Relatè:  
nempe  
in con-  
cursu  
tum

dant ad fi

Diversarum  
rum circa  
que obli-  
pitarum  
niendum  
nis mod-  
dunt &

Forma. Hæc constitui-  
tur collectione pro-  
prietatum, quæ huic

à causa effi-  
cense


Ab obiecto &  
fine, quod sit

TABULA OPEROSA  
ANALYSIN TITULI INSTITUTIONVM PANDECTARVM  
ET CODICIS, DE LEGE AQUILIA.

Extremely dense and small text, likely a detailed index or table of contents for a legal manuscript. The text is organized into columns and rows, with some larger headings and sub-headings. The content is too small to transcribe accurately but appears to be a structured list of legal topics and their corresponding page numbers or references.

SOZI DEO GLORIA





R  
MÄ  
A M  
P  
C  
T







Strassburg, Diss., 1651-52

ULB Halle  
004 774 795



3


f  
sb.

VD 17









6.

*Dissertatio Juridica*  
DE

*v. 14. D. 15. V. 4. D. 22.*

DELICTO DAMNI  
ET L. AQUILIA

ejusdem vindice

1657, 8

conscripta

à

GEORGIO HENRICO PANCUG,  
Wimpinensi

3



ARGENTORATI

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI,  
ET JOSIAE STADELII,

M. DC. LI.

